

lis vis ac vita omnis consistat, essentialia
vocantur.

Quæstio de iis est I. Andentur?

2. An præ Alcalibus, & Fixis potiori lo-
co habeantur? Quoad primum, dubium
non est separari illa ex succis, ut ingens illo-
rum, ut paulo post dicetur, copia habeatur.
Sic enim acetosum acetosæ & Cerasorum a-
cidorum Sal usu probatum est. Vinum e-
tiam per se lenissimo igne evaporatum Cry-
stallos subsidere facit: Sed in nonnullis plan-
tis facta succorum evaporatione subsidet
Terra saltem aliqua insipida, cui Tartari
tribuit nomen Angelus Sala, id quod prefer-
tim insipisatione succi absynthii innote scit.

Plantæ aliae & aquosæ Rosæ e. g. difficul-
ter sal esse entia præbent, estq. hoc potissi-
mum manifestum in Acidis.

Quoad secundum, dubium non est, præ-
valere salia essentialia fixis, siquidem Con-
creti sui ac succi retinent Virtutes, quas in-
cineratione in Alcalisatis deleri diximus.

Quanquam & hoc observandum, plan-
tarum parenchyma ut plurimum sal Vola-
tile continere diversum a succis, sale & vir-
tute præstantius. Sic & in aliis salia essen-
tialia